Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Incipiunt sermones sci augustini de natiuitate domini nri ihu xpi.

Audistis fratres.

S aug

Aquem ad modum nobis beatus euglista generationis xpi retulit sacramentum. Xpi generatio inquit sic erat. Dns nr ihc xpc frs kmi qui in eternum est cunctorum creator: hodie nascendo de matre factus est nobis saluator. Natus est nobis hodie in temporis uolubilitate: ut nos perducat ad patris eternitatem. Factus est ds homo: ut homo fieret ds. Ut panem anglorum manducaret homo: dns anglorum hodie factus est homo. Hodie impleta est prophetia illa que dicit: rorate celi desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet saluatorem. Factus est igitur qui fecerat: ut inueniretur qui perierat. Sic enim in psalmis homo confitetur: Priusquam humiliarer ego deliqui. Et iterum: Erraui sicut ouis que perierat. Peccauit homo et factus est reus: natus est homo ds ut liberaretur reus. Homo igitur cecidit: sed ds descendit. Cecidit homo miserabiliter: descendit ds misericorditer. Cecidit homo per superbiam: descendit ds per gratiam. Sic namque mater dni ab anglo audiuit: aue maria gratia plena